



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

42 DE OFF. EPISC.

Num. 16

Thob. 6.

Sequitur
introitus
Missæ.

Gen. 28.

Altare. Unde in lege scriptum est,
& dictum est ad Aaron: Tolle thuri-
bulum, & hausto igne de Altari
mitte incensum desuper. Per hanc
autem thurificationem significato-
mnis dæmoniacæ prauitatis expul-
sionem. Unde & fumū thuris qui-
dam æstiment valere ad Dæmones
effugendos, assumentes protestimo-
nio, quod scribitur in Thobia: Cor-
dis eius particulam si super carbo-
nes ponas, fumus eius extricat om-
ne genus dæmoniorum.

CAP. XVIII.

STANTE Episcopo ad altare cho-
rus incipit officium, præmittens
antiphonam quandam, quam ap-
pellant Missæ introitum, sumptam
in consecratione Ecclesiæ de Gene-
si. Vedit in Spiritu prophetico exci-
tatus Iacob quasi de graui somno,
ait, Terribilis est locus iste; reueren-
tia annuncians, que debetur ecclæ-
sia.

TRACTAT.

43

st, siæ. Qui scilicet introitus repetitur
u- interposita gloria Trinitatis, & ver-
iri siculo psal. Dominus regnauit exul- Psal. 96.
nc tet terra. Ubi primò sciendū est cho-
o- rum appellari multitudinē canenti-
ul- um, a corona dictū, quia in similitu-
ui- dine corona factum. Unde ab Eccle-
zes sastico egregius ille sacerdos descri-
zo- bitur stans ante aram & in circui-
or- tu eius corona fratrum. Chorus au- Exod. 15.
bo- tem Moyses post transitū maris ru-
m- bri primus instituit, cūm seorsum
viris, seorsum mulieribus, laudes
diuinas utroq; pronūciare docuit.
Antiphonas aut̄ apud Latinos bea-
tissimus Ambros. instituit primus
Græcos imitatus, qui Antiphonas
primitus cōposuerūt duobus choris
alternatim cōcinentibus, quasi duo
Seraphin ad inuicē sibi conclama-
tia, & quasi duo testamēta sibi cōcor-
diter respondētia. Unde antiphona
ab ἀγίᾳ quod est cōtrā, & φῶνῃ, quod

C 2 est

44 DE OFF. EPISC.

est sonus, nomen accepit, quasi concordia soni ad sonum. Iste est ergo Introitus, qui præfigurat in antiquis patribus desideriū Christi aduentus: hoc ergo desiderium Introitus repræsentet non semper intellec-tu literæ, sed iubilo cantilenæ. unde & chorus dilatat cor suum in iubilatione: significans, quod multi reges & prophetæ desiderabāt Christum videre; unde ex eorum persona cantamus introitum, per quos introiuit Christus in mundum. Antiphonæ repetitio, deuotionis exag-geratio. Unde Propheta; Manda, remanda: Expecta, reexpecta. Et alius Propheta: Si moram fecerit, expecta eum. Interpositio gloriæ: ca-ptatio benevolentiae. Ut enim obti-nerent facilius quod expectabant, ad totam trinitatem clamabant. Interponitur in officio dedicationis versus de psalmo: Dominus regna-uit

Matt. 13.

Esa. 28.

Abac. 2.

Psal. 92.

TRACTAT. 45

uit, &c. quod congruit ei, quod alibi dictū est de eiusdem ecclesiæ fundatione: Fūdatur exultatione universæ terræ. Celestinus enim Papa instituit, quod psalmi David. 150. ante sacrificiū canerentur antiphonatim ex omnibus, quòd antea non fiebat: sed tamen tantū Epistola & Euangeliū legebātur, sicut habetur in gestis pōtificialibus. Unde & adhuc in vigilijs Paschæ & Pētecōstes hic mos retinetur, ut Missa à lectio-
ne incipiatur. Quod tamen ita intel-
ligendum est, quod ex omnibus psal-
mis quædam excipiuntur, quæ pro
introitibus, gradualibus, offertorijs,
communionibus frequenter canun-
tur. Psalmos autem David insti-
tuit, qui in eis modulandis præcipu-
us fuit; non propter temporalem de-
lectationem, sed propter spiritua-
lem deuotionem.

Psal. 47-

CAP. XIX.

C 3 Deinde